

Band II., Nr. 437, Seite 230-232

Kaiser Friedrich (I.) nimmt das Kloster Salem mit näher bezeichnetem Besitz in seinen unmittelbaren und ausschließlichen Schutz.

Konstanz, 1183. Juni 20.

In nomine sanctę et individue trinitatis. Fridericus, divina favente clementia Romanorum imperator et semper augustus. Imperatorie maiestatis a deo nobis creditum postulat et requirit offitium, ut unicuique quod suum est equitatis iure conservemus, precipue autem ecclesiis et monasteriis ad serviendum deo continua devotione deputatis favorem et opem gratie nostre eo magis familiaribus studiis impendamus, quo certius ad remissionem peccatorum in eterna bonorum retributione nobis quidem id profuturum esse speramus. Eapropter cognoscat tam presens etas quam successura posteritas, quod nos ob remedium anime nostre piam et pronam aurem gratanter accomodantes rationabilibus et iustis petitionibus Christiani, venerabilis abbatis de Salem, religiosi quidem et sane opinionis viri, precibus quoque totius collegii eius clementer annuentes, et predecessoris nostri felicis memorie Chönradi dilectissimi patrum nostri, gloriosissimi Romanorum regis, vestigiis inherentes, prefatum dei genitricis semperque virginis Marię monasterium Salem cum fratribus divino inibi obsequio mancipatis sub nostra imperiali tuitione suscipimus et presentis scripti privilegio communimus. Statuentes, ut quascumque possessiones, quecumque bona in presentiarum iuste et legitime possident, aut in futurum concessione pontificum, liberalitate regum, largitione principum, oblatione fidelium, seu allis iustis modis prestante domino poterunt adipisci, firma et illibata eis eorumque successoribus permaneant. In quibus hec proximis duximus exprimenda vocabulis, hereditatem videlicet que a Guntrammo viro nobili de Adelsrivi in presentia Landolfi de Seoluingen, Adelberti et filii eius Burchardi de Fricchingen, Hermanni de Marcdorf et aliorum plurium, per manum Christiani abbatis de Lucela et postmodum per manum Chönradi illustris Romanorum regis et presentibus principibus duce Friderico, duce Chönrado, duce Welfone et duce Mahu^a et Frowino, tunc eiusdem loci abbate, et aliis multis religiosis viris in Constantiensi curia deo et beate Marię devotionis et pietatis intuitu rationabiliter donata est in monachorum Cisterciensis ordinis secundum regulam sancti Benedicti viventium usum perpetuum. Idest locum in quo nunc monasterium ipsorum

^aSo die Handschrift hier und in der Bulle Lucius' III. von 1184 März 4. Die Urkunde Nr. 349 (vgl. WUB, Bd. II, S. 81) von Kaiser Friedrich I. für Salem von 1155 liest *Matheo*.

II

situm est, qui olim Salmanneswilare nuncupabatur, nunc autem mutato nomine Salem dicitur, ecclesiam tunc ibi positam et villam cum decimis et appenditio suo, Vorste, Adelsriuti cum decimis et appenditiis suis, scilicet Wartinberc, Witinwilære. Tephinhart cum appenditio suo, Hasilbach¹, Bebinwilære cum pertinentiis suis. Hęc fundatoris primi fuere predia. Ex dono autem Ottonis de Hasinwilære, Bernardi, Adilheidis, per manum Heinrici quondam ducis Saxonie Sweindorf cum pertinentiis suis. Omnes etiam mansos in monte qui dicitur Richolueperc claustro adiacente, quos cum episcopatu Constantiensi sub episcopis eiusdem civitatis et advocatis et consensu chori, predicti cenobii fratres iuste concambiverunt. Ex largitione Ernistonis de Stuzelingen et filiorum eius Bremuel et Tiufenhulwe cum pertinentiis suis. Ex dono Hermanni et fratris sui Burchardi Etichin Hohenbu^och. Ex traditione Vdalrici de Hürningen ecclesiam in Franchenhoun cum omnibus decimis suis. Ex dono Chönradi advocati de Berge² Wolfgangeswilære³ cum appenditiis suis.
 Ex largitione Eigelwardi, Rüberti et filii eius Chönradi de Tiuringen⁴ Vcinswilære⁵ cum ecclesia, decimis et appenditiis suis; mansum quoque dimidium ibidem ex donatione comitis Lodewici. Ex traditione Hermanni de Fridingen Grindilbûch cum pertinentiis suis. Ex largitione Alberti, Burchardi, itemque Heinrici, Alberti, Burchardi de Frikingen Reithasilach cum omnibus appenditiis suis; mansum quoque ibidem Riedin⁶ cum decimatione sua ex dono Richardi de Capella. Ex traditione Ruberti et Bertoldi de Aha Dorfisberc⁷ cum decimis et appenditiis suis. Ex donatione abbatis Heremitarum cum conibentia advocati sui et Rüdolfi de Uacis Muron cum decimis et pertinentiis suis. Ex largitione Hugonis palatini et Chönradi comitis de Bergen Mercelshusen cum appenditiis suis. Ex dono Heinrici comitis de Bergen Vahsriet cum appenditiis suis. Paludem quoque adiacentem claustro inter terminos abbatie et rivum qui dicitur Blæwac, latitudine, longitudine vero sursum ad usque terminos villarum Lensteten scilicet et Fricchingen; iusum autem ad nemus usque comitis pertingens, ex traditione supradicti comitis Heinrici et fratris sui Chönradi advocati filiique sui Chönradi. Proprietatis namque ipsorum incunctanter fuisse sacramento legitimo bis a conprovincialibus conprobatum est et in Constantiensi placito in sollempni curia ab

¹Unermittelt.

²Heiligenberg.

³Unermittelt. Nach FRANZ JOSEPH MONE (HRSG.): Quellensammlung der badischen Landesgeschichte, 4 Bde., Karlsruhe 1848-1867. wahrscheinlich eines der drei Weiler (Ober-, Mittel-, Unter-) bei Leutkirch, Salem, FN.

⁴Ober- und Unterteuringen.

⁵Wohl Gut Weilers in Klöcken, nicht Fitzenweiler.

⁶Das Ried nordwestlich von Raithaslach.

⁷Ober, Mittel und Unter Dornsberg.

III

ipso comite testificatum et a nobis confirmatum est, sicque universę calumpnię occasio in omne sequens tempus est decisa. Ex donatione Waltheri de Durriheim, qui vocalur Esil, Rinchenhusen cum appenditiis suis. Ex largitione Bertholfi de Bachöbiton ecclesiam Bachöbiton cum omnibus decimis suis, eandem quoque villam cum omnibus pertinentiis suis; Osterndorf⁸ vel Obirnwilare cum omnibus hominibus suę proprietatis. Quia vero fratres eiusdem ordinis sub solius Romani pontificis tuitione consistunt, cuius nos spetiales advocati deo favente sumus, ipsorum quoque paci, quieti atque libertati tam presentium quam futurorum caute in posterum providere volentes, imperiali auctoritate inhibemus aliquam personam ibi offitium advocatie gerere vel usurpare, solis nobis nostrisque successoribus Romanis regibus seu imperatoribus id offitium in eos conservare omni tempore volentes. Decernimus igitur et sub obtentu gratię nostrę disticte precipimus, ut nullus omnino prefatum monasterium temere audeat perturbare, aut eius possessiones auferre, vel aliquibus vexationibus molestare, sed omnia integra conserventur, eorum pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt usibus omnimodis profutura. Si quis igitur in futurum huius nostrę confirmationis paginam aliquomodo infringere presumpserit, centum libras auri puri pro pena componat, medietatem camere nostrę et reliquum iniuram passis. Quod ut ab omnibus inviolabiliter in omne evum conservetur, presentem inde paginam conscribi et sigilli nostri inpressione iussimus insigniri. Huius rei testes sunt: Hermannus Constantiensis electus. Hermannus Monasteriensis episcopus. Heinricus Curiensis episcopus. Willelmus Augustensis episcopus. Thiethelmus Augensis abbas. Heinricus rex, filius imperatoris. Fridericus dux Suevię. dux Welfo. Otto dux Bawarię. Chonradus dux Spoleti. Bertholdus marchio de Andechs. Hermannus marchio de Badin. Diepoldus comes de Lechsimunde. Heinricus comes de Diesche. Cönradius comes de Berge. Lodowicus comes de Sigemaringen. Burchardus comes de Honberc et Fridericus frater eius. Vdalricus comes de Chiburc. Fridericus et Bertoldus comites de Zolren. Hartmannus comes de Chilperc⁹ et alii quam plures.

 Ego Gotefridus, imperialis aulę cancellarius, vice Christiani, Maguntinensis sedis archiepiscopi et Germanie archicancellarii, recognovi.

 Acta sunt hec anno dominicę incarnationis MCLXXXIII., indictione I., regnante domino Friderico, imperatore gloriosissimo, anno regni eius XXXII., imperii vero XXIX.

 Datum apud Constantiam, in sollempni curia, XII. kalendas Iulii feliciter. Amen.

Nach dem in vier Bänden in fol. bestehenden, sehr sorgfältig auf Pergament ge-

⁸Eschendorf.

⁹Oberkirchberg.

IV

schriebenen, dem Hauptbestand nach dem 13. Jahrhundert angehörigen *Diplomatarium Salemitanum* im GLA Karlsruhe, Bd. 1, Nr. 13, S. 28-32, unter dem Rubrum *Priiilegium generale friderici imperatoris super Salem et predia eius*. Das erst nachträglich verfügbare Original wurde für den vorliegenden Textabdruck nicht verglichen.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

GLA Karlsruhe

Signatur/Titel des Originals:

A 146; 67/1162 S. 28-32 Nr 13

Überlieferung und Textkritik:

Original und Abschrift in Karlsruhe.

Editionen:

Lüng: Reichsarchiv, Bd. 18a, S. 488 (erwähnt). Codex diplomaticus Salemitanus, Bd. 1, S. 41, Nr. 26 (nach Original). MONUMENTA GERMANIAE HISTORICA. DIE URKUNDEN DER DEUTSCHEN KÖNIGE UND KAISER, Bd. 10, 1-5: Die Urkunden Friedrichs I., bearb. von Heinrich Appelt, Hannover 1975-90, Teil 4, S. 66–68, Nr. 847.

Regesten:

KARL FRIEDRICH STUMPF-BRENTANO: Die Reichskanzler vornehmlich des 10., 11. und 12. Jahrhunderts, nebst einem Beitrage zu den Regesten und zur Kritik der Kaiserurkunden dieser Zeit, 2 Bde., Innsbruck 1865-83. [Bd. 2: Die Kaiserurkunden des X., XI. und XI. , Bd. 2, Nr. 4359. Repertorium schweizergeschichtlicher Quellen, Abt. 1, Bd. 1, S. 8, Nr. 41.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Konstanz

Ortsindex:

Aach Wohnplatz (14251)
 Aach, KN
 Adelsreute Wohnplatz (20013)
 Adelsreute, Ravensburg, RV
 Altsteußlingen Wohnplatz (16761)
 Altsteußlingen, Ehingen (Donau), UL
 Andechs, STA
 Augsburg, A
 Bachhaupten Wohnplatz (21201)
 Bachhaupten, Ostrach, SIG
 Behweiler Wohnplatz (18147)
 Behweiler, Oberteuringen, FN
 Bremfeld Wüstung (23877)

Bremfeld, Ehingen (Donau), UL, W
 Burg Hohenzollern Wohnplatz (16302)
 Burg Hohenzollern, Bisingen, BL
 Chur, Kt. Graubünden, Schweiz
 Diez an der Lahn, EMS
 Dürrheim Wüstung (23878)
 Dürrheim, Ehingen (Donau), UL, W
 Eschendorf Wohnplatz (21208)
 Eschendorf, Ostrach, SIG
 Fessenried Wüstung (23999)
 Fessenried, Heiligenberg, FN, W
 Fitzenweiler Wohnplatz (18023)
 Fitzenweiler, Markdorf, FN
 Frankenhofen Wohnplatz (16774)
 Frankenhofen, Ehingen (Donau), UL
 Frickingen Wohnplatz (17832)
 Frickingen, FN
 Fridingen an der Donau Wohnplatz (14050)
 Fridingen an der Donau, TUT
 Gründelbuch (Schäferhof) Wohnplatz (14022)
 Gründelbuch (Schäferhof), Buchheim, TUT
 Haselbach
 Hasenweiler : Horgenzell RV
 Hasenweiler Wohnplatz (20938)
 Heiligenberg Wohnplatz (17938)
 Heiligenberg, FN
 Herrlingen Wohnplatz (17017)
 Herrlingen, Blaustein, UL
 Hohenberg Wüstung (26307)
 Hohenberg, Schömberg, BL, W
 Hohenbuch Wüstung (23856)
 Hohenbuch, Allmendingen, UL, W
 Kappel Wohnplatz (17065)
 Kappel, Bad Buchau, BC
 Klöcken Wohnplatz (20082)
 Klöcken, Ravensburg, RV
 Konstanz Wohnplatz (14442)
 Konstanz, KN
 Kyburg, Kt. Zürich, Schweiz
 Lechsend, Marxheim, DON
 Leustetten Wohnplatz (17838)
 Leustetten, Frickingen, FN
 Lützel, Dep. Haut-Rhin, Frankreich
 Mainz, MZ
 Markdorf Wohnplatz (18037)
 Markdorf, FN
 Maurach Wohnplatz (18459)
 Maurach, Uhldingen-Mühlhofen, FN
 Mendlishausen Wohnplatz (18247)
 Mendlishausen, Salem, FN
 Mittel Dornsberg Wohnplatz (14303)
 Mittel Dornsberg, Eigeltingen, KN
 Münster, MS
 Ober Dornsberg Wohnplatz (14307)
 Ober Dornsberg, Eigeltingen, KN
 Oberkirchberg Wohnplatz (16990)
 Oberkirchberg, Illerkirchberg, UL
 Oberteuringen Wohnplatz (18153)
 Oberteuringen, FN
 Oberweiler Wohnplatz (21222)
 Oberweiler, Ostrach, SIG
 Raithaslach Wohnplatz (14670)
 Raithaslach, Stockach, KN
 Reichenau Wohnplatz (14588)
 Reichenau, KN
 Richolueperc
 Ringenhausen Wohnplatz (20960)
 Ringenhausen, Horgenzell, RV
 Ruine Hohenbaden (Altes Schloss) : Innenstadt, Baden-Baden BAD
 Ruine Hohenbaden (Altes Schloss) Wohnplatz (5203)
 Schloss Salem : Salem FN
 Schloss Salem Wohnplatz (18257)
 Schwandorferhof Wohnplatz (18260)
 Schwandorferhof, Salem, FN
 Seelfingen Wohnplatz (14679)
 Seelfingen, Stockach, KN
 Sigmaringen Wohnplatz (21356)
 Sigmaringen, SIG
 Spoleto, Umbrien, Italien
 Tepfenhart Wohnplatz (20974)
 Tepfenhart,

VII

Horgenzell, RV
 Tiefenhülen Wohnplatz (16795)
 Tiefenhü-
len, Ehingen (Donau), UL
 Unter Dornsberg Wohnplatz (14318)

Unter Dornsberg, Eigeltingen, KN
 Unterteuringen Wohnplatz (18161)

Unterteuringen, Oberteuringen, FN
 Vaz/Obervaz, Kt. Graubün-
den, Schweiz
 Vocinswilære
 Wartinperc Wüstung (24107)

Wartinperc, Ravensburg, RV, W
 Wittinwillar Wüstung (24108)

Wittinwillar, Ravensburg, RV, W
 Wolfgangeswilære